

Index rerum, & Verborum.

Usurarius publicus quis dicatur. 1. tom. post n. 25. p. 321.
 Usurarium poena quæ. 1. tom. post n. 25. pag. 321.
 Vid. in verb. *Pœna*.
 Usurarius Clericus qualiter puniendus. 1. tom. post n.
 25. pag. 321.
 Poena contra usurarios jure Canonico inducitur an ha-
 beat locum in foro seculari contra laicos. 1. tom.
 post n. 25. pag. 321.
 Usure crimen mixti fori est. 1. tom. n. 25. pag. 321.
 Usurarum quæ probatio sufficiat. 1. tom. an. 27. pag.
 322. Vid. in verb. *Probatio*, & *Tesis*.

Uxor.
 Uxor jure Regio succedit viro in omnibus suis bonis,

deficientibus sibi agnatis, & cognatis, & aliis hæredi-
 bus. 1. tom. post n. 1. pag. 155.

Uxor, antequam contra aliquem experietur, expressam
 sui mariti licentiam consequi debet: & an tacita suf-
 ficiat. 1. tom. num. 27. pag. 43. Vid. in verb. *Li-
 centia*.

Uxor pro sua dote quando aliis creditoribus præfere-
 tur. 3. tom. an. 7. pag. 77. Vid. in verb. *Dot*.

Uxor habens tacitam hypothecam in bonis mariti an
 præferenda anterioribus creditoribus habentibus ex-
 pressam. 3. tom. post n. 7. pag. 77.

Uxor executioni pro sua dote se opponens quatenus
 eam impedire valeat. 1. tom. n. 4. pag. 161. Vid. in
 verb. *Oppositor*, & *Executio*.

FINIS.



S. ROTÆ ROMANÆ
 DECISIONES

RECENTISSIMÆ,

D. SUAREZ DE PAZ.

PRAXIM ECCLESIASTICAM, ET SÆCULAREM
 laudantes, & confirmantes.

R.P.D. CINCIO.

TUDEN. PAROCHIALIS S. CHRISTINÆ
 de Valcixe.

Veneris 20. April. 1731.

ARGUMENTUM.

Ex pluribus canonizatur desertio litis, ejus-
 que calumniosa qualitas ad effectum de-
 negandi executionem litteris subrogationis
 gratiosa.

SUMMARIUM.

- 1 **L**IS verificanda est, ubi in ea stat
 fundamentum.
- 2 **L**is calumniosa nullum jus tribuit,
 pro obtinenda subrogatione gratiosa.
- 3 **I**dem est litem non adesse, vel esse calum-
 niosam.
- 4 **A**cquiescentia decennalis unita malo juri
 inducit desertionem.
- 5 **S**eculso malo jure, lis non dicitur deser-
 ta nisi post lapsum 30. annorum.
- 6 **I**nstituto debetur presentati ab illo, qui
 est in quasi possessione presentandi.
- 7 **P**resentim, si ultimus status ab anteceden-
 tibus confirmatur.
- 8 **C**ollatio jure devoluta ob incapacitatem

presentati præservat Patrono possessionem præ-
 sentandi.

9 **R**es judicata concludenter probat perti-
 nentiam Jurispatronatus.

10 **U**ltimus status attenditur, etiam in ju-
 repatronatus passivo.

11 **L**is dicitur calumniosa, ubi Patronus,
 qui colligantem presentavit, est in possessione
 presentandi.

12 **E**o magis ubi Patronus super data pos-
 sessione binas sententias reportaverat.

13 **S**eposta lite, vel illa detecta calumnio-
 sa, Patronus devenire potest ad novam præ-
 sentationem.

14 **P**ossessio presentandi ad effectum juris
 transit in heredem, & successorem.

DECISIO I.



ECUTA de anno MDCCVII. per
 obitum Mauritiū Gil Troncofo
 vacatione Parochialis Ecclesiæ S.
 Christinæ de Valcixe de Jurepa-
 tronatus Laicorum, Marthæ Gil,
 quæ, uti legitima succeditrix qu. Basilii Gil, re-
 periebatur in possessione, seu quasi nominan-
 di, & pro ea Aloysi Troncofo Gil illius filii
 Administrator, atque Curator à Judice deputatus
 ad eandem Parochialem presentavit Joan.
 Gil Troncofo ejus filium, & præfatæ Marthæ
 respectivè nepotem, qui cum institutionis sen-
 ten-

tentiam reportasset à Vicario Generali Tuden. contradicentibus Hyacintho Gil de Arauxo, aliisque presentatis à pluribus præsentis Patronis, adversus hujusmodi sententiam appellationem interposuerunt succumbentes intra legitima tempora; verum, quia nonnisi post biennium causam committi curarunt, & triennio post Commissionem nostro Sac. Auditorio directam acta transportarunt, disputato proinde coram Emin. D. Card. Falconerio dubio: *An constet de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum*, sub die VII. Decemb. MDCCXXVI. informante solummodo dicto Joann. Gil, proditit resolutio: *constare de re judicata*, promulgata desuper decisione inter impressas coram eodem Emin. D. Card. Falconerio sub Tit. de *Jurepatronatus* in ordine la 34. tom. 2. & quamvis post decretam causæ expeditionem de mensè April. MDCCXXVII. pro parte præfati Joann. executæ fuisset citatio ad sententiam, & Hyacinthus obnuisset superioriam ad effectum adeundi Signaturam; attamen abinde citra nil amplius fuit actum in causa.

Rebus in hoc statu permanentibus, decessit de mensè Maii MDCCXXIX. dictus Joann. Gil, qui jam possessionem controversæ Parochialis adeptus fuerat; unde alter Aloysius Gil Troncoso nepos, & successor Marthæ Gil ad dictam Parochialem Ecclesiam sic vacantem nominavit Joseph. Ferdin. Gil Troncoso proprium filium; cumque præfatus Hyacinthus obtinisset in Dataria Apostolica subrogari in juribus Joann. Gil defuncti colligantis, ac successivè expeditæ fuerint Litteræ Apostolicæ mihi directæ, idcirco consilium in hodierna Audiencia DD. *An Litteræ Apostolicæ subrogationis gratiosa sint exequenda, seu potius sit danda institutio Josepho Ferdinando Gil Troncoso presentato: resposumque retuli negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam.*

1. Quantum enim attinet ad Litteras Apol-

tolicas subrogationis in juribus D. Joann. Gil, ex duplici æquè valido fundamento censuerunt DD. nullam proneri executionem; primò, quia non verificatur lis, & quidem de tempore obitus defuncti colligantis, quæ per Hyacinthum, ut fundamentum suæ intentionis, esset plenè, & concludenter justificanda: (a) 2. & secundo, ex quo supposita etiam existentia litis, ista, & quidem nullam adfuisse litem de tempore, quo obiit Joannes Gil, anno scilicet MDCCXXIX. satis superque iudicabit silentium Hyacinthi per lapsum duodecim annorum post passam ut supra contrariam decisionem coram Emin. D. Card. Falconerio, & obtentam superioriam pro aedeunda Signatura Justitiæ, absque eo quod curaverit prætere terminum Joanni Gil ad effectum expediendi causam in *Rota*.

4. Quæ sanè acquiescentia per decursum tanti temporis, immo decem annorum juncta cum malo jure Hyacinthi, inducit desertionem causæ, & per consequens litem extinctionem: (d) 5. licet regulariter, secluso malo jure colligantis, lis dici non possit deserta, nisi concurrat lapsus triginta annorum, vel sententia Judicis, quæ desertionem declarat: (e) absque eo quod in discrimen revocari valeat malum jus dicti Hyacinthi; nam cum Joann. Gil defunctus colligans presentatus fuisset nomine Marthæ Gil, quæ usque de ann. MDCLXXXVI. nominaverat Mauritium Gil cum subsecuto effectu institutionis, & pacificè possessionis usque ab obitum, ratione ultimi status, qui assidue Marthæ, institutio proculdubio debebatur, prout concessa fuit dicto Joann. Gil ad exclusionem Hyacinthi: (f) 7. eo magis, quia dicta Marthæ etiam de annis MDCLXV. MDCLIII. & MDCLX. sic in tribus preceden-

(a) Mandos. ad Reg. de Subrog. quæst. 11. n. 6. Lotter. de Re Benefic. quæst. 30. n. 14. Card. de Luc. de Benef. dicit. 51. n. 4. Rot. decif. 198. n. 7. coram Bich. decif. 172. n. 6. coram Celf. decif. 1340. n. 1. coram Emer. Jun. in Rheg. Beneficiorum 23. Jan. 1726. §. Nihilominus, coram me, & in Caputaquen. Capellan. 25. April. 1727. §. Nulla autem, coram R. P. D. meo Nunez.

(b) Rota coram Emin. D. Card. Falcon. de Rescript. decif. 20. n. 3. coram Rever. Crisp. decif. 619. n. 2. in Gerunden. Beneficiorum 12. Jun. 1701. §. Non obstat, cor. bon. mem. Molines in Monasterien. Præscriptura 26. Jun. ejusdem ann. §. Minusque, cor. bon. mem. Ansaldo. & in Colon. Canoniciatus S. Andrea 12. Jun. 1719. §. Cum enim, cor. bon. mem. Cerro.

(c) Rot. in Cajetana subrogationis gratiosæ 22. Nov. 1720. §. Quibus itaque, coram Rever. Crisp. & in illius confirmatoria 9. Februar. 1712. §. Resistente, cor. bon. mem.

Lancet. & 11. Dec. 1724. §. Iterum, cor. bon. mem. Crisp. post.

(d) Ut ex gloss. in Clem. 1. verb. *Prosequatur*, ut lit. pend. firmant Rot. cor. Duno. Jun. decif. 467. n. 6. cor. Priolo decif. 32. n. 9. cor. Caprara decif. 46. n. 8. & in Pampilon. Beneficiorum de Villafranc. 3. Jun. 1729. §. Quin tandem, cor. Me.

(e) Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæst. 29. n. 104. Rot. decif. 294. n. 11. cor. Roxas in Ferrar. Capellan. 21. Marr. 1727. §. Quod vero, cor. bon. mem. Crisp. in dict. Pampilon. Beneficiorum, de Villafranc. 3. Jun. 1729. §. Quod tandem, cor. Me, & in illius confirmatoria 23. Jan. 1730. §. Quæ cum ita pariter, cor. Me.

(f) Juxta famigeratam dispositionem text. in cap. *Consultationibus*, de *Jurepatron.* cap. *Superlat* 33. de *Electio* Rot. decif. 129. n. 7. part. 19. recent. decif. 67. n. 3. cor. Emerit. Jun. decif. 755. n. 1. cor. Caprara. decif. 30. n. 3. de

tibus statibus fuerat ad præsentandum admiffa, unde si ex conformitate præcedentium statum firmior reddebatur ultimus, potiori jure dicto Joanni Gil erat concedenda institutio. (g)

8. Non obstat quod in duabus intermediis vacationibus secus de anno MDCLIII. & MDCLX. propter incapacitatem presentatorum Ordinarius providerit Parochialem de Rectore *jure devoluto*, quia cum idem Ordinarius in provisionibus declaraverit, quod Marthæ erat vera, & legitima Patrona, ac reperiatur in possessione, seu quasi presentandi, etiam isti status, licet non consumpti per institutionem presentati, sed per viam collationis *ex jure devoluto*, stante approbatione Jurispatronatus, & præferentia jurium Marthæ Patronæ, eidem suffragantur; (h) ponderando insuper, quod pertinentia Patronalis controversæ Parochialis Ecclesiæ, quæ per Rotam cor. Ubal. (i) firmata fuerat favore Basilii, & Alvari juniorum de Gil successorum Franc. de Gil, exinde coram Pirovano (j) declaratum extitit, integrè spectare ad dictum Basil. de Gil etiam uti donatarium dicti Francisci, ejusque hæredes, & successores cum successiva relaxatione Executorialium ex quo sententia Rotalis transitum fecerat in rem judicatam.

9. Ac propterea, si Marthæ de Gil legitima succedatrix Basilii præter ultimos status habebat etiam rem judicatam super pertinentia patronali, ex hoc magis, magisque resultat malum jus Hyacinthi, cui, quamvis fuisset actum in judicio petitorio, obstat res judicata adimens omne dubium circa veram pertinentiam jurispatronatus. (k)

10. Nec quidquam relevat, quod ultimi status, & res judicata super pertinentia patronali respiciant Jurispatronatus actum, non autem passivum, quod ex dispositione qu. Alvari Sen. de Gil ad sui favorem allegabat dictus Hyacinthus adversus Joann. Gil defunctum colligantem; quoniam quod etiam in *Jurepatronatus* passivo Hyacinthus foveter malum jus aperte resultat, ex quo dictus qu. Basilii Gil, Author Marthæ in patronatu pri-

vativus successor, ad *Jurispatronatus* passivum prælativè vocavit illos de suo genere, & sanguine, suaque linea, ut pandunt sententiæ emanatæ, ut supra, de annis MDCLIII. & MDCLX. occasione, qua Ordinarius contulit Parochialem *jure devoluto*, præferendo descendentes ex linea Basilii ad exclusionem descendendum ab Alvaro Seniore de Gil, ut signanter evenit de anno MDCLX. quocirca cum respectu quoque *Jurispatronatus* passivi Joann. Gil defunctus colligans, uti descendens à linea Basilii de Gil, haberet pro se ultimum, & penultimum statum, eidem controverti non poterat institutio in concursu Hyacinthi: (l) & quamvis idem Hyacinthus, tanquam descendens ab Alvaro Sen. de Gil, contradicente alio præferente, obtinuerit sententiæ Rotalis super institutione ad Parochialem Ecclesiam de Reverteme, in vim *Jurispatronatus* passivi ab eodem Alvaro Sen. de Gil ordinati, ut ex decif. 5. cor. Emin. D. Card. Falconerio de *Probat.* tom. 3. attamen hujusmodi decisio canonizans rem judicatam favore Hyacinthi subortam, nil commune habet cum Parochiali S. Christinæ de Valeixæ, de qua hodie agitur: non relevante, quod in eadem decif. (m) enunciatur, Parochialem Ecclesiam S. Christinæ fuisse de *Jurepatronatus* Alvar. Senioris de Gil, quia decisio ibidem loquitur de *Jurepatronatus* activo, in quo tractu temporis successit Basil. Gil, qui, ut fuit pronuntiatum in præcatis sententiis emanatis ann. MDCLIII. & MDCLX. ad *Jurispatronatus* passivum prælativè vocavit suos descendentes: id vero, quod dicta Decisio subdit, tam Parochialem de Reverteme, quam alteram S. Christinæ debere illis de genere Fundatoris, intelligendum venit congrua congruis referendo, hoc est, debere descendentes respectivè uniuscujusque Patroni, qui disposuit de *Jurepatronatus* passivo.

11. Firmato itaque malo jure Hyacinthi, ex hoc ipso probatum remanet, litem fuisse calumniosam, & per consequens eadem suffragari non posse subrogationem, quam obtinuit in juribus colligantis: ad verificandam enim calumniam litis satis est, quod Marthæ Gil,

A2

qua

Jurepatron. cor. Emin. D. Card. Falconer. in Zamoren. Parochialis de Canizo 4. Jul. 1721. §. Ita indultus, cor. bon. mem. Herrero. & in Tuden. Parochialis de Calvos 14. Jun. 1726. §. Validitas, cor. R. P. D. meo Ratto.

(g) Rota in Callan. Beneficiorum 27. Marr. 1713. §. Dubitarii, cor. Rev. Crisp. in Astorcen. Parochialis 8. Jun. 1716. §. Equæ certus, cor. bon. mem. Fofcar. & 30. April. 1717. §. Certus, cor. R. P. D. meo de Gamach. & in dict. Tuden. Parochialis de Calvos 14. Jun. 1726. §. Equæ securus, coram R. P. D. meo Ratto.

(h) Rot. decif. 2108. n. 14. cor. Coecin. & cor. Emin. D.

Card. Falcon. de *Jurepatron.* decif. 3. n. 34. tom. 2.

(i) Cor. Ubal. decif. 29. & 62.

(j) Decif. 606. part. 3. rec.

(k) Rot. cor. Caprara. decif. 289. n. 1. & decif. 610. n. 18. & in Tuden. Parochialis de Bertucido 20. Jun. 1701. §. Et licet, cor. cl. me. Card. Scotto, & de his eodem *Jurepatronatus* dixit Rota cor. Emin. D. Card. Falcon. de *Jurepatron.* dict. decif. 34. n. 5. & 6. tom. 2.

(l) Piron. Dilcept. Ecclef. 7. n. 14. Rot. cor. Emin. D. Card. Falcon. de *Probat.* decif. 5. n. 4. tom. 3.

(m) Sub n. 21. §. Adde.

quæ nominavit Joann. Gil Troncofo defunctum colligantem reperiretur in possessione, seu quasi præsentandi; (p) 12. accedente etiam contraria sententia per Hyacinthum passâ in prima instantia coram Vicario Generali Tuden. successivè canonizata in nostro Sacro Auditorio coram Emin. D. Card. Falconerio, ex quo similiter oritur calumnia litis. (o)

13. Quod si ex huc usque deductis, vel ex defectu litis, vel attentata illius calumnia, executionem non merentur Litteræ Apostolicæ subrogationis in iuribus Joann. defuncti colligantis per Hyacinthum obtentæ, consequens est, quod Josepho Ferdinando, uti præsentato post obitum dicti Joann. de Aloysio Gil Troncofo, ad quem uti heredem Marthæ Gil spectat Juspatronatus, & reperitur in possessione, seu quasi nominandi debeat institutio; seposita enim lite, vel illa calumnia detecta, potuit Patronus devenire ad novam præsentationem, dum in his terminis non intrat dispositio text. in cap. 1. & 2. ut lit. pend. in 6. (p)

14. Nec dubitari valet, quin præfatus Aloysius Gil Troncofo reperitur in possessione, seu quasi nominandi, cum possessio per Martham Gil, ut supra acquisita, si non quoad factum, ad effectum tamen juris transeverit in D. Aloysium Gil heredem, & successorem, adeo ut ejus præsentatio non sit deneganda institutio. (g)

Et ita utraque, &c.

R. P. D. RATTO.

COLONIEN. NOMINATIONUM ad Canonissatum.

Lunæ 6. Februar. 1730.

ARGUMENTUM.

Lis dicitur introducta per monitorium super manutentione in possessione nominandi. Nominatio in illius contemptum facta est nul-

la, & attentata. Actus collegiales debent collegialiter expleri.

SUMMARIUM.

1 Præsentatio litis ad effectum inibendi oritur ex simplici præsentatione monitorii, & inhibitionis, etsi non fuerit adhuc secuta intimatio decreti inhibitorii.

2 Nominatio facta in spretum inhibitionis nulla est, & attentata.

3 Nominatio facta à tertio in præjudicium habentis jus nominandi nulla est.

4 Persona uti singula non representant Collegium.

5 Nominatio Collegialiter faciendâ est à Capitularibus, tum in Beneficiis majoribus, tum etiam in minoribus.

DECISIO II.

Simultaneum jus conferendi Præbendas Canonicales Ecclesiæ Collegiatæ utriusque sexus S. Quirini intra novemum habere prætendentes Decanissa, & alia Canonissa judicium intruxerunt coram Officiali Curia Archiepiscopalis Coloniae adversus Baronissam Mariam Loïsam de Loë Abbatissam, quæ prius, tanquam ordinaria collatrix, Canonissatum vacantem per ipsius assumptionem ad Abbatissatum contulerat Baronissæ Mariæ Barbaræ de Hadzfeltz; quamvis autem prædictæ Decanissa, & Canonissa jam sub die XVII. Mart. MDCCXXXIII. expedierint monitorium super manutentione in quasi possessione conferendi Præbendas; nihilominus triduo post auctoritate propria, nulloque intercedente Judicis decreto, ad duas Præbendas nominarunt Domicellas Joannam Willelmiam, & Annam Mariam Isabellam, & successivè Canonissa senior aliam explevit nominationem favore Baronissæ de Beveren.

Proprium jus tueri fatagens Abbatissa institit coram eodem Officiali Coloniae pro putgatione attentatorum, & pro effectu purgationis,

nis, præfatas nominationes aboleri, petiit, sed cum voti compos fieri non potuerit, obtinuit à S. Sede commissionem appellationis à denegata justitia Sacro nostro Tribunali directam, illiusque vigore R. P. D. meus de Gamaches in contumaciam Decanissæ, aliarumque Canonissarum, prævia decisione die XXX. April. MDCCXXXVIII. per sententiam declaravit, nominationes, de quibus agitur, non sustineri.

Ob non interpositam appellationem ab hujusmodi sententia exorta fuit res judicata, cumque Decanissa, & Canonissæ novam reportaverint commissionem à Signatura Justitiæ mihi directam in gradu restitutionis in integrum sub die I. Jul. ann. præteriti MDCCXXXIX. disceptandum propolui dubium: An constet de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum? Et pariter in contumaciam Decanissæ, aliarumque Canonissarum intemptivam dilationem petentium, habui responsum, constare de re judicata, ita suadente validitate, ac justitia sententiæ præcedentis, ut comprobatur Decisio sub prædicta die coram me de super evulgata, nec dissimilis hodie fuit sensus Dominorum, qui sub assueti dubio consulti, utriusque Partis iuribus mature perpensis, censuerunt, persistendum esse in decisio.

Denuo namque sublittere visum fuit, quod cum Decanissa, & Canonissæ sub die XVII. Mart. MDCCXXXIII. coram Officiali Curia Archiepiscopalis expedierint monitorium super manutentione in quasi possessione nominandi ad Præbendas Ecclesiæ, non potuerunt successivè in spretum litis pendentiæ, abque manifesto nullitatis, & attentatorum vitio, sub die XX. Mart. & IV. Maj. ejusdem anni devenire ad effectivas nominationes, de quibus est controversia; illis enim habetur pro pendente ad omnes juris effectus, signanter ad effectum attentatorum, adventus eum, qui obtrinet monitorium, vel inhibitionem Judicis, etiam si non fuerit adhuc sequuta intimatio ejusdem inhibitionis, vel monitorii. (a) 2. Ideoque firmum remanebat, quod præfata nominationes, tanquam actus gestis, pendente lite, falsi,

vari nequeunt ab evidenti nullitatis, & attentatorum incurfu. (b)

3. Subsequeretur alia inexcusabilis nullitas nominationum clarissimè promanans ex defectu legitimæ facultatis in nominantibus; quia in Ecclesiâ Collegiata S. Quirini, vigore statuti ann. MDXLVIII. jus conferendi Præbendas privativè pertinet ad Abbatissam, nec ullum jus in eorum collatione sibi arrogare valent Canonissæ, ut rejecta illarum præsentatione circa consensum trium, aut quatuor Seniorissimarum ab eadem Abbatissa exquirendum; (c) ac propterea nominationes factæ à Canonissis desinitis quolibet jure conferendi, sustineri non poterant in præjudicium Abbatissæ ordinariæ collatrix, ac remanserunt ipsò jure nullæ, & irritæ. (d)

4. Quinimo, cum Canonissæ nominationes controversas expleverint non collegialiter, sed uti singula, tametsi procedendum esset cum eo insubstanti supposito, quod jus conferendi Præbendas non spectaret privativè ad Abbatissam, sed ad Capitulum, seu Canonissarum Collegium, adhuc evitari non posset indubitata nullitas earundem nominationum; actus enim Capitulo, seu Collegio competentes fieri debent cum consensu simultaneo collegialiter præstito, & remanent invalidi, quatenus, omiſsa convocazione Capituli, fiat particulariter à singularibus personis minimè representantibus Collegium, (e) neutiquam subsistente, quod cum hujusmodi Præbendæ non sint de Beneficiis majoribus, in quibus debeat servari forma præscripta in cap. Quia propter, de Elect. nominationes ad ipsas redargui non possint de nullitate, quamvis factæ fuerint singulariter, non autem collegialiter.

5. Conclusio namque prædicta, quod scilicet actus competentes Capitulo, seu Collegio explendi veniant collegialiter, non autem per singulos in particulari, nequaquam desinitur ex dispositione text. in cap. Quia propter, de Elect. sed ex aliis Juris Canonici Sactionibus, ac signanter ex cap. Cum omnes, de Constit. & indilinctè procedit, nedum quoad

(n) Piton. de Controv. Patron. alleg. 3. in fin. Rot. decis. 591. n. 12. cum seq. cor. Rembod. in Roman. Capellanarum 3. Jun. 1707. §. Non relevante, cor. clar. mem. Card. Scot. in Tulcul. Capellania 15. Mart. 1715. §. Ducbar, cor. bon. mem. Anslad. & in Comment. Capellania 25. Novemb. 1720. §. Cum enim, coram R. P. D. meo Corio. (o) Lotter. de Re Benefic. quasi 20. n. 92. Rot. in dict. Colon. Canonissatus S. Andr. 12. Jun. 1719. §. Ac magis, cor. bon. mem. Cæro, & in Lucen. Parochialium 7. Decemb. 1725. §. in iustitia vovè, & §. Alique eo quod, cor. R. P. D. meo de Gamach. (p) Ad tradita per Rot. de Execut. litter. Apostoli. part. 1. cap. 17. n. 169. Card. de Luc. de Benefic. disc. 10. n. 10.

Rot. in superius citata Colon. Canonissatus S. Andr. 12. Jun. 1719. §. Cum enim, cor. bon. mem. Cerr. in Cajetana Subrogationis gratiosa 22. Nov. 1720. per tot. cor. bon. mem. Lancet. & in Cælaraugustana Beneficij Portio nuncupar. 3. Dec. 1728. §. Nam etsi, cor. me. (g) Franc. in cap. Sine possessione III. n. 1. verſ. Proprie tamen, de Reg. jur. Rot. decis. 73. n. 38. Part. 11. rec. in Region. Juspatronatus 10. Jun. 1705. §. Nec quasi possessio, cor. clar. mem. Card. Priol. in Florent. Canonissatus 1. Jun. 1706. §. Ratio decidendi, & §. Firmata pariter, cor. clar. mem. Card. Priol. & in Salernitana Juspatronatus 28. Feb. 1714. §. Ascendum, cor. clar. mem. Card. Scot.

(a) Ut committitur firmam Possit. de Manutent. obſerv. 48. n. 14. Bertacchin. vot. decis. 88. n. 24. Rot. decis. 12. n. 2. cor. Bichio decis. 64. n. 3. & 4. cor. Beninac. decis. 378. n. 9. & seq. cor. clar. mem. Card. Caprar. cum aliis concordantibus adductis in decisione, quæ revidetur, §. Et quidem. (b) Ex animadversis per Rot. in Arimin. Attentaturum 11. Maji 1716. §. Illa enim, cor. bon. mem. Fole. in Præflectina Canonissatus super attentatis 22. Jan. 1723. §. Minus relevat, cor. R. P. D. meo Corio, & in Burgen. Præsentationis super novis assuetis 26. Jun. 1726. §. Quædam quidem, cor. me. (c) Probat contemporanea decis. Colonien. Manutentia-

nis, seu Canonissatus, §. Certeque certus cum seq. coram me. (d) Ut firmatum fuit in decis. præced. §. Corruptum. (e) Ad tradita per Felin. in cap. Cum omnes, n. 24. de Constit. Rot. decis. 223. n. 3. & 4. cor. Buratto, decis. 156. n. 15. & seq. part. 12. Dec. in Hippogregien. Parochialis 21. Jun. 1700. §. Aliquis, cor. bon. mem. Molin. in Bonon. Parochialis 26. Jan. 1711. §. Constitit, cor. bon. mem. Cafarell. & in Barchinonen. Beneficij 31. Jan. 1724. §. Nulla quidem, cor. bon. mem. Crispoli, & ponderat decisio dici 30. April. 1728. §. Ulterius, cor. R. P. D. meo de Gamaches, necnon alia, quæ confirmatur, §. Actus in obſervare, coram me.

Beneficia majora, verum etiam quoad minora, & in quibuscumque actibus ad Capitulo, seu Collegia spectantibus; (f) idque optima ratione, ut cuique nota sit persona in Collegium noviter admittenda, & se opponere valeat, quatenus in ea deficient qualitates à Jure, vel Statuto requisiti, prout etiam de Jure Civili servandum est in admissionibus Decurionum, seu Consiliariorum; quæ non in particulari, & per singulos de Consilio, sed per generale Consilium fieri debent. (g)

Et ita, posthabitis cæteris levioris ponderis exceptionibus resolutum fuit utraque, &c.

R. P. D. CORIO.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI
de Marfilis Super Fructibus.

Veneris 21. Januar. 1729.

ARGUMENTUM.

Reus constituitur in mala fide à die productionis jurium, & ab eo tunc tenetur fructus indebitè perceptos actori restituere.

SUMMARIUM.

Mala fides semel contracta transfunditur in hæres.

1. Actor, expediendo novum monitorium, factum ex primo malam fidem non redundasse in ream convenitur.

2. In judicio deserto, & post longum tempus restaurato, fructus restitui debent à die secundi judicii.

3. Lis non dicitur contestata, nisi post propositas exceptiones.

4. Mala fides incipit à die productionis jurium, ex quibus scientia rei ad alium pertinentis redundat, non curato, an lis verè, & rigorosè fuerit contestata.

5. Reo citato, in productione jurium non permittitur exceptio, quod eas non examinaverit.

6. Instantia de Jure Canonico est perpetua.

7. Mala fides semel impressa, ex lapsu temporis non purgatur.

8. Etiam precepta instantia semper durat.

(f) Ut probant Auctoritates in superiori §. Cumulate.

(g) Ad tradita per Rot. in Ravennat. Præsentis aggregationis ad locum. Consilii 7. Jun. 1717. §. Frustra, cor. bon. mem. Ansaldo.

(h) Ad text. in leg. 2. Cod. de Fruct. & liti expens. Citiae. contrav. 331. n. 16. & seq. Adde. ad Buratt. decif. 843.

10 In electione fideicommissarii est restituere quid minus inter melioratum, & impensum.

DECISIO III.

AD trutinam revocatis sub consuetu dubio fundamentis Decisionis coram me edita: die XXI. Novemb. MDCCXXVII. qua in uberiori executione rei judicata favore Comitris Silvii exorta super immissione ad quædam terras in Comuni Dufentulæ, & domum possessas per Senatorem Alexandrum, dictum fuerat, deberi fructus ab anno MDCLXXVII. & esse liquidandos quoad prædia ad rationem taxæ legalis proportionabiliter ad valorem à tertio perito determinatum, deductis melioramentis, eorumque fructibus, & quoad domum juxta instrumenta locationum, cum eadem firma iterum comperita existerent, proditi responsum pro persistentia in decisi.

1. Quo enim pertinet ad temporis restituendorum fructuum præfinitionem, circa quam actor æque, & reus reclamabant, justitia capta resolutionis super condemnatione ab anno MDCLXXVII. planè emergere visâ est, ex eo quod constiterit, usque tunc auctores Senatoris Alexandri fuisse constitutos mediante productione monitorii, testamenti, aliorumque documentorum, ex quibus in comperito remanebat, controversa bona, ad quæ per Comitem Annibalem auctorem moderni actoris immisso exposulabatur, spectare ad fideicommissum Alexand. de Marfilis in positiva mala fide, quæ semel contracta transfunditur in hæres, & successores, qui ideo ex tunc ad fructuum restitutionem tenentur. (a)

2. Neque verò exaudiri nequit Comes Silvius exinde putans, restitutionem demandandam fore ab anno MDCLXXVIII. tempore promoti judicii in Tribunali Cameræ, vel saltem ab anno MDCLXIX. quo coram A. C. Thomæ actum fuit, pro recuperatione bonorum provenientium à dicto fideicommissio Alexandri; cum enim utrumque ex præfatis iudiciis respiceret inspectiones à præfenti diversas, ac diversa bona, & documenta, & scripturæ in illis productæ nequaquam apte viderentur ad excitandam malam fidem, prout eveniret in subsecuta expeditio novi monitorii, novorumque documentorum productio per actorem facta:

17. Rot. cor. Coccin. decif. 1793. n. 2. & seq. in Tiburtina Casborius super fructibus 25. Jun. 1703. §. Quo enim, cor. bon. mem. Muto, & in Romana Immissionis super fructibus 2. Jun. 1712. §. Quod enim, & §. Ideoque, cor. Rev. P. D. meo Patriarcha Hierosolimit. Decano.

ta: (b) nullo idcirco justo colore ab illa die fieri valet condemnatio ad fructus. (c)

3. Minusque probari valuit præfentis Senatoris Alexandri contentendis, nequaquam interponi posse condemnationem ab anno MDCLXXVII. tum quia tunc temporis non videtur sufficienter contestata lis, ex quo ex parte ejus auctorem datæ tantummodo fuerint exceptiones respicientes declinatoriam Fori, non autem merita causæ: tum quia iudicium illud fuerit profus derelictum, & desertum, & noviter in Rota instauratum de anno MDCCXXII. per novam commissionem coram bon. mem. Lancetta, à qua idcirco dumtaxat die defumî debeat initium restitutionis fructuum. (d)

4. Utraque enim assumpti pars facile corruerat, nam respectu primæ, omittâ etiam indagine, num per exceptiones longo tempore propositas in dicto iudicio anni MDCLXXVII. resurgat effectiva liti contestatio: (e) de hoc ulterius querendum non videbatur in proposito restitutionis fructuum pendens à principio malæ fidei: 5. quæ si sicè tantum ex contestatione liti, verè autem induci dicitur à die productionis scripturarum, & documentorum, ex quibus scientia rei ad alium pertinentis resurgit, nec est quomodo eadem mala fides declinare amplius valeat, perquirendo, an lis fuerit verè, & rigorosè contestata cum examine jurium productorum; (f) alias enim plus donaretur reis contumacibus, qui aut omnino comparere detrectarent, aut declinatorias tantum opponerent, prout hic per biennium factum fuit, quam reis comparentibus, quod tamen videtur absurdum.

6. Ideo in subiecta materia indistinctè attendi debet scripturarum productio adversus legitime citatum, qui frustraneam proponeret

exceptionem, quod eas non examinaverit, prout facere tenebatur. (g)

7. Respectu autem secundæ partis objecti, ejus insubstantientia aque deprehenditur, tum quoad assertam desertionem iudicii, quæ concurrente bono jure actoris, numquam inducitur per solam acquiescentiam, & temporis lapsum, qui aptus non dicitur ad perimendam instantiam, quæ de Jure Canonico est perpetua; (h) 8. neque ad purgandam malam fidem semel impressam: (i) tum quoad assertam novi iudicii instaurationem, quæ in proposito verificabilis, ubi in primo iudicio eventum non fuisset ad jurium productionem, vel ubi concurreret diversitas actionis, & tituli, (j) in præfenti excluditur ex eodem documento, unde iudicium novum defumî contenditur, ex tenore scilicet novæ commissionis coram bon. mem. Lancetta de anno MDCCXXII. ibi: *Concessa immisione in genere ad bona, assumpta fuit disputatio coram R. P. D. Lancetta super immisione in specie, quæ concessa fuit respectu nonnullarum Belularum terreni siti in Comuni Sancti Joannis Dufentulæ, denegata vero respectu cujusdam domus, &c. Cum autem sub dicto fideicommissio cadant nedum dicta, sed, & alia bona, & jura, & dubium oriri possit, an ea comprehendantur in antecedenti commissione, ideo supplicat, quatenus dignetur eidem R. P. D. Lancetta causam ETIAM RESPECTU DICTORUM BONORUM, ET JURUM ADHUC NON DEDUCTORUM COMMITTERE, &c.* non est enim, quod pro controversis bonis Dufentulæ, & domo, super quibus Rota iudicium protulerat, vis ulla fieri possit super nova commissione, quæ pro bonis, & juribus diversis, & adhuc non examinatis noscitur impetrata. (k)

9. Ita & quidem, ut si vigore dictæ novæ com-

(b) Ex animadversis in specie per Rot. in Reatina Fideicommiss. de Severis 14. Jun. 1709. §. Si quidem in fin. cor. bon. mem. Molin.

(c) Ut probat decifio, quæ revidetur, §. Adversus banc, & seq.

(d) Ex adductis in Romana Restitutionis fructuum 11. Jun. 1708. §. Neque pariter, usque in fin. cor. bon. mem. Ansaldo.

(e) Juxta censuram text. in leg. 1. Cod. de Lit. contest.

(f) Ad tradita per Garc. de Expen. & Melior. cap. 6. n. 2. & seq. cap. 23. num. 15. 44. & seq. Hartm. Pistor. quaest. 27. n. 6. verf. Ceterum, tom. 4. Capic. Latr. decif. 65. n. 4. & seq. Ansaldo. in addit. ad decif. 98. n. 25. bene Rot. in Mantif. ad Card. de Luc. decif. 17. n. 1. lib. 15. tom. 4. in rec. decif. 265. n. 5. & seq. part. 17. decif. 226. per tot. part. 18. & aliis allegatis in dict. Romana Restitutionis fructuum 11. Jan. 1708. §. Hinc non officere, & §. Ceterum, cor. bon. mem. Ansaldo.

(g) Ad text. in leg. Item veniunt, §. Postquam, ff. de Pet. l. credit. Faber. Rational. in Pandect. tom. 2. Part. 1. lib. 5.

tit. 3. §. Item non solum sub verb. Fructus autem omnes. Donnell. Comment. lib. 19. tit. 54. §. Atque hæc, & §. Sane si quomodo.

(h) Constant. ad Statut. Urbis, annot. 11. à n. 9. & seq. Rot. decif. 481. n. 4. cor. Peuting. decif. 544. n. 14. cor. Bichio decif. 15. n. 37. & seq. cor. Pröl. decif. 52. n. 26. & 27. part. 12. & decif. 388. num. 2. part. 18. recent.

(i) Ut præter deducta in præcedenti decifione, §. Assumptum, firmat Rot. coram Bichio, decif. 263. num. 17. usque ad fin. & in Romana Evictionis super redditione rationis 24. Jan. 1710. §. Idque etiam, cor. clar. mem. Card. Scott. & in Romana Immissionis super fructibus 12. Jun. 1712. §. Ideoque, cor. Rev. P. D. meo Patriarcha Hierosolymitano.

(j) Ut expendit decifio, quæ revidetur dict. §. Assumptum.

(k) Rot. decif. 39. n. 1. Part. 1. decif. 91. n. 18. Part. 6. decif. 324. n. 3. & seq. part. 14. recent.

commissiõnis actum non fuisse constat in Rota de bonis Dufentula, & domo, non aliter de iis actum dici debet, quam in sequelam primi iudicii, & præventionis Rotæ in canonizatione fideicommissi, & immisiõnis in specie, ac partium consensu transfusi in Rotam, in qua eadem omnino iura producta reperiebantur, in quibus circumstantiis concurrente identitate personarum, bonorum, & tituli, nihil est, quod ex iudicis variatione à partibus volita, & forte necessaria ob causæ continentiam, rite proponatur ad abstergendam malam fidem initio impressam pro fructuum restitutione, quæ cæteroguin etiam precepta instantia semper durat. (1)

His autem retentis, pro eo quod spectat ad alteram confirmatæ resolutionis partem respicientem fructuum liquidationem, facilius probari visa est ejus iustitia, hoc ipso quod præfinita compertur quoad prædia ad rationem taxæ legalis proportionabiliter ad valorem à tertio perito determinatum, deductis melioramentis una cum fructibus, & quoad domum juxta instrumentum locationum, quod summo juri congruere videtur ex latè adductis in Decisione, quæ revidetur §. *Hinc descendendo*, ubi occurrit objecto, quod valor desumendus potius foret ab antiqua divisione anni MDXLVI. sub ea prævalida ratione, quod, cum præfata divisio per sæculum, & ultra peracta noscatur, validam præferre nequibat probationem status antiqui, ex quo rerum prætia notabile ex post receperint augmentum ob excretam pecuniæ quantitatem.

10. Non attenda responsione, quod augmentum in præfenti tribuendum sic meliorationibus, de quibus constat, saltem pro regulanda fructuum restitutione, quorum maxima pars tribuenda foret melioranti: quoniam cum constet de præfata quantitate in meliorando impensa, jam in altera mea Decisione constabula, satis consultum noscitur per demandatam eorundem deductionem, una cum fructibus, qui idcirco in ea incerta causa augmenti in majori quantitate peti nequirent, cum præcipue in electione fideicommissarii sit restituere quid minus inter melioratum, & impensum. (m)

Et ita utraque, &c.



(1) Ut probant Andreol. contrav. 258. per tot. Rot. cor. Bichio, decif. 265. n. 14. & seq. cum aliis in precedenti decif. cumularis, §. *Parum relevante*.

(m) Ad text. in leg. *In iudic. ff. de Rei vindicac. Postli. re-*

R. P. D. LANCETTA.

ROMANA LOCORUM MONTIUM,

Lunæ 10. Maii 1723.

ARGUMENTUM.

Loca montium in liberum dominium vici transfacta possunt ab eo resignari, & attergari favore tertii, etiam iudicis mandatum pro asscuratione dotis super venerit. Quando nullum vinculum nec in libris Secretariæ, neque in litteris patentibus fuit adnotatum, iudex tenetur de dolo, si mandatum de delendo non citato creditore hypothecario relaxet.

SUMMARIUM.

1 **A**ttergatio admissa super Officiales Papæ non potest retractari in præjudicium Attergarii.

2 Attergarius nullum jus acquirit super attergationem factam à non vero domino.

3 Dominium locorum montium dotialium acquiritur viro, si omnia iura fuerunt in illum translata.

4 Si obtinuit illa describi in sui faciem.

5 Codices Secretariæ montium probant perentiam locorum.

6 Mulier vera domina locorum montium ritè ea transfert in virum occasione constitutionis dotis.

7 Asscuratione dotis à iudice demandata parit simplicem hypothecam favore mulieris.

8 Vir, etiam post asscurationem dotis à iudice demandata, potest loca montium in sui faciem describi facere.

9 Vir, delecto vinculo asscurationis dotis, validè resignat loca montium in sui i faciem libere cantantia, mulieri autem remanes actio contra iudicem, qui, ipsa non citata, mandatum deletionis concessit.

10 Dominium super locis montium avelli non potest sine consensu domini, hypotheca vero sine tali consensu valide evellitur.

11 Loca montium nullam aliam hypothecam recipiunt præter illam in litteris patentibus, & libris Secretariæ adnotatam.

12 Iudex non potest demandare deletionem

solul. 44. n. 31. & 32. Rot. decif. 397. n. 20. & seq. part. 17. recen. & in Eugubina Fideicommissi super dei asscuratione, & recen. 16. Mart. 1711. §. fin. cor. clar. mem. Card. Scott.

nem vinculi super locis montium, non citato interesse habente.

13 **D**ammum rescindendum est à damnificante.

14 **I**udex tenetur de damno illato per sententiam, in solo casu quod per sordeat, & in gratiam partis male iudicasset.

15 **L**imita, quando errasset potius unam, quam alteram opinionem sequendo, quamvis magis communem semper sequi debeat.

16 **M**ale iudicando per imperitiam facit litem suam.

17 **P**riusquam, quando male iudicando malum irreparabile irrogavit.

18 **M**agna negligentia æquiparatur dolo.

DECISIO IV.

Iterum hodie propositi dubium, quod ad preces illorum de Lucidis resolutum non fuit sub die XXVI. Feb. proximè præteriti. An scilicet sit standum vel recedendum à decisis coram me sub die XXVII. Januar. DCCXXI. in qua dictum fuit: *Non esse concedendam maintenancem, neque reintegrationem, nec esse locum deletioni attergationum, & constare de credito contra Fratres de Lucidis.* Sed Domini permanentes in eodem sensu responderunt in decisis, præterquam quoad Cambium sc. 500. super quo non bene concordat rescripserunt: *Iterum proponatur.*

1. Subsistere enim visa fuerunt fundamenta prædictæ resolutionis favore Aloylii de Comitibus Attergarii contra verborum locorum montium: nam cum ipse pro securitate duorum Cambiorum à Franc. Jozzio contracto curaverit, sibi attergari prædicta loca montium, eaque de facto illius favore attergata fuerint cum consensu Principis, ejusque Officialis, non potest actus jam dudum legitime consummatus in ejus præjudicium retractari, quia ipse non aliter pecunias suas Francisco credidit, nisi quatenus ex fide Officialis constaret de attergatione tot locorum montium ejus favore per illum liberè facta; unde si hodie attergatio retractaretur, deceptus ille remaneret sub fide Principis, seu ejus Officialis,

qui attergationem admisit, & mediante ejus fide fuit in causa, quod Ministri Sacræ Aedis pecunias ad Aloydium pertinentes, & penes eos depositas ad formam ejus mandati Franciscò solverint, quod sanè nullo pacto ferendum est. (a)

2. Neque turbat objectum, quod Franciscus non esset dominus eorundem locorum montium, quodque propterea nullum jus Attergario ex consensu non domini quari potuerit: (b) uberrimè enim in hac parte satisficit instrumentum dotale, quo mediante, memorata Helena in computum, & solutionem ratæ partis sc. 3. mil. Franc. viro in dorem constitutorum ex tunc illi assignavit, & consignavit prædicta loca montium, & ex ea causa cessit, & in ipsum transfudit omnia, & singula jura, *con piena facultà, e libertà di potere à suo arbitrio, e beneplacito tutti, à parte di detti loci de Monti, &c. vendere, rassegnare, & alienare, senza altro consenso à intervento di d. Sign. Elena, &c.* hæc enim verba tum de per se, tum maximè junctis aliis: *S'intendano adesto assignati, e sieno affectivamente assignati, &c.*

3. præclare adeo domini translationem inducunt, & quidem usque tunc factam, ut nullam super hoc dubietatem possint admittere. (c)

4. Certius etiam, quia de tempore sequentæ attergationis jam prædicta loca montium translata fuerant de mandato iudicis, & cum consensu Principis, seu Officialis in faciem, & creditum ejusdem Franciscò; unde ipse, nedum erat virtute d. dotalis instrumenti legitimus illorum dominus, sed etiam virtute translationis legitimus possessor, cum uti talis descriptus fuisset in Codicibus Principis, 5. qui in hac materia plenissimam probationem constituit: (d) ac propterea nihil ad præsentem causam conferunt Decisiones impressæ post *Constantin. la 85. & 86.* quia ibi agebatur de resignatione facta à non domino, mediante falso mandato Procuratæ: 6. hic autem res est de translatione facta ex causa dotis à muliere, quæ revera domina erat: (e) abique eo quod urgeat responsio, quod licet vigore d. instrumenti dotalis Franciscus haberet liberam, absolutamque potestatem eadem loca montium

B in

(a) Ut in specie advertit Card. de Luc. de Regal. disc. 38. sub n. 5. & prius disc. 27. n. 4. cum aliis in Decisione cause, §. *Propterea*.

(b) Juxta deducta per Rot. decif. 85. & 86. penes Constantin.

(c) Ad ea, quæ de virtute verbi *Assignare* tradunt Rota cor. Gregor. decif. 194. n. 15. & cor. Emerix decif. 834. n. 3. & in Ferrar. locutionis, seu pecuniaria 13. Jan. 1716. §. *Quidquam* cor. Emin. Althann. & de efficacia dictionis

leso, post text. in leg. 3. ff. de *condict. & demonstr. Rot. in*

Romana immisiõnis super fructibus 15. Mart. 1717. §. *Imo* in fin. cor. R. P. D. meo de Gamach. & de adverbio *Efectivamente*, Soccin. Sen. conf. 143. n. 4. lib. 1. Bertazzol. de Claus. claus. 34. gloss. 7. n. 1.

(d) Sicuti advertit bon. mem. Ansd. de Commenc. & Mercar. disc. 95. n. 9. Rota cor. Bich. decif. 390. n. 3. & 19. cum aliis in Decisione cause, §. *Minusque*.

(e) Ut animadvertum quoque fuit in dict. precedenti Decisione, §. *Minusque*.

in ejus creditum transferendi, sive etiam illa vendendi, & alienandi; illa tamen nunquam in sui creditum ac faciem transfulerat, atque interim anno MDCCXXIII. supervenerit mandatum Judicis ab ipso Francisco expressè acceptatum, & in libris Secretariæ montium registrat. quo cavebatur, ut eadem loca Montium stare deberent pro dote ejusdem Helene.

7. Ex hujusmodi enim mandato bene quidem resultat, quod loca montium affecta ex tunc, & hypothecata remanserit pro d. dote, & ejus securitate, cui Judex consultum esse voluerat propter vergentiam viri ad inopiam, ita ut in hac parte recessum censetur à prædicto instrumento dotali, sed non etiam, quod recessum fuerit in alia parte, in qua dominium eorundem locorum translatum fuerat in virum: ipsa enim hypotheca super illis reservata favore mulieris pro ejus dote manifesto est argumento, quod eadem loca montium erant in dominio viri, & non uxoris, (f) 8. & consequenter, firmo in hac parte remanente prædicto instrumento dotali, bene potuit ejus vigore, etiam post d. mandatum sine alio novo consensu mulieris, fieri translatio locorum montium in faciem, & creditum viri. (g)

9. Ex eo autem, quod loca montium virtute d. mandati dimisi, & registrati in Secretariæ Montium affecta, & attergata remanserint pro securitate d. dotis, nascitur quidem actio mulieri contra Judicem, & ejus heredes, qui vinculum prædictum, ea minime citata, deleri jusserit, sed non contra Aloysum ad retractandam d. deletionem sequutam ex mandato Judicis cum Principis consensu.

10. Hoc enim interest inter dominium, & hypothecam in subiecta materia locorum montium, quod dominium avelli nullo pacto potest à domino sine ejus consensu, hypotheca autem, etiam sine consensu creditoris, avelli, & deleri potuit ad effectum, ut novus Registrarius sive Attergarius, qui Principis fidem sequitur, sit securus, 11. quod loca Montium nulli alii conditioni hypothecæ, aut vinculo obnoxia sint, quam quæ in litteris patentibus, & libris Secretariæ expressè le-

guntur. (h)

12. Et hinc DD. transeuntes ad aliam resolutionis partem jure, meritoque iterum censuerunt, constare de credito mulieris contra fratres de Lucidis hæredes Advocati Lucidi, qui dum in Curia Capitolina fungebatur munere secundi Collateralis, non citata neque audita muliere, mandavit deleri vinculum ejus favore appositum in dd. locis montium pro securitate ejus dotis: 13. cum enim exinde damnnum irreparabile mulieri illatum fuerit, omnis æqui bonique ratio postulat, ut qui causam damni dedit, damnnum sarcire teneatur: (i) 14. minime subsistente, quod ad effectum condemnandi Judicem ad refectionem damni, quod per ejus sententiam parti irrogatum fuerit, non sufficiat, cum nulliter & injustè processisse, sed prouti quoque debeat, quod per sordes, aut gratiam ita judicaverit, & consequenter litem suam effecerit: (j) 15. hujusmodi enim propositio locum quidem habet, & admitti potuit quando Judex erravit in ferenda sententia, sequendo potius unam, quam aliam opinionem, quamvis veriore & magis communem semper sequi debeat, 16. & de jure communi male judicando per imperitiam, semper faciat litem suam, cum imperitia ipsa in Judice culpa sit: (k) 17. nullo vero pacto recipi, aut admitti potuit, quando prout in casu irreparabile damnnum irrogavit, parte non citata neque audita: in his enim terminis pessimo esset exemplo, & contra bonum & quietem publicam, si Judici impune liceret sub inani colore, quod absit dolus ex proposito, res, & jura nostra, nobis incisiis & inauditis, per abusum sibi commissæ potestatis auferre. (l)

Nil propterea obstat, quod, exhibitio illi instrumento dotali anni MDCXCVIII. justè opinari potuerit, quod vinculum dotis non nisi per errorem in litteris patentibus incriptum fuisset, nam si mandasset citari mulierem, de cujus interesse principaliter agebatur, immo, si ipsas litteras recognovisset, prout sacre omnino tenebatur, & quidem per quam diligenter certior statim factus fuisset, quod vinculum appositum fuerat vigore decretorum, & man-

Emin. Scott.

(i) Juxta text. de Judice loquentem in §. Si Judex, Infit. de Oblig. que ex quas. del. & in leg. Si quando, §. fin. Cod. de Testib. in punct. Constantin. dic. un. de Locis montium, n. 303. & 375. cum aliis in decif. cause, §. Et hæc. (j) Per text. in leg. Si filiusfamil. 15. ff. de Judic. & in leg. fin. Cod. de Pen. judic. qui male judic. cum aliis in Soanen. Pecuniaria 20. Jun. 1712. §. Quidquid, cor. me. (k) Ut in tit. Infit. de Obl. que ex quas. delict. (l) Ut late probat dec. que revid. §. Et hæc, & §. In dem.

(f) Leg. Neque pignus, ff. de Reg. jur. Rota in Romana Concurfus 6. Maj. 1720. §. Rursus, & in Romana, Reparationis pecuniarum 20. Mart. 1722. §. Quodque, cor. me.

(g) Juxta gloss. in leg. Creditor, vers. Testatur, Cod. de Distract. pign. Negul. de Pignor. Part. 6. membr. 2. n. 47. Merlin. cod. Tract. quest. 106. n. 1. Rota cor. Dunoz. Jun. decif. 1005. n. 6. & seqq.

(h) Juxta celeberrimam, & notissimam Constitutionem sa. me. Urban. VIII. l. 154. quam bene distinguendo inter utrumque casum domini, & hypothecæ explicat Rot. in dict. Romana Reintegrationis, decif. 81. post Constant. §. Prout neque, & decif. 86. §. Neque ad effugiendum, cor.

dati ab ipsomet editi pro securitate mulieris, etiam cum expresso consensu viri: unde ejus negligentia, & culpa adeo magna est, ut dolo equiparari possit. (m) Ad ea, quæ dicebantur circa actionem subsidiariam, & excusationem principalis debitoris, & fidejussorum DD. satis responsum exilimantur in præcedenti decisione §. final. Sed quia aliquibus non videbatur æquum, quod hæreditas Judicis condemnaretur, etiam pro illis sc. 500. quæ vir erogaverat in extinctionem cambii similis summae, pro quo etiam mulier sese obligaverat; alii vero dicebant, obligationem mulieris, tanquam delitutam necessariis solemnitatibus, nullam, & irritam usque à principio fuisse: rescriptum propterea fuit quoad ista sc. 500. quod causa iterum proponatur. Et ita, auditis tum Aloysio, tum fratribus de Lucidis, tum denique Procuratore Helene: per ejus mortem interrim sequutam domino litis effecto, resolutum fuit, &c.

R. P. D. MILLINO.

VICEN. PERSONATUS.

Luna 28. Mart. 1729.

ARGUMENTUM.

Annullatur extinctio Personatus facta à Procuratore Fundatoris contra formam mandati.

SUMMARIUM.

- 1 Forma mandati diligenter servanda est.
- 2 Alias factum Procuratoris non sufficitur ex defectu consensu mandantis.
- 3 Presertim, si in mandato Procura apposta fuerit clausula, nec alias, aliter.
- 4 Presumitur mandatarium fideliter fidem sibi datam executum fuisse.
- 5 Nemini licet à contractu recedere sine consensu alterius contrahentis.
- 6 Propriam confessionem impugnare nemini licet.
- 7 Causa finalis totam dispositionem regulat, & moderatur.
- 8 Mandatum Procura per litteras conferri potest.
- 9 Et revocari.
- 10 Multo magis declarari, & limitari.
- 11 Conditiones deinde impositæ mandatarum.

(m) Juxta regulam text. in leg. Magna negligentia, ff. de Verb. significat.

(n) Lib. 3. tit. 4. de Infitutione.

(o) De quibus Romaguer. ad Constit. Gerund. lib. 3. tit. 4.

rio impleri debent, & separanda non sunt à mandato.

12 Mandatum ob individuitatem consensus in parte servari, & in alia negligi non potest.

13 Clausula, nec alias aliter, inducit formam, & conditionem à Procuratore servandam.

14 Omisio forma, & conditionis in parte, vitiat actum in toto.

15 Relatio repetit in referente omnes qualitates urgentes in relatione.

16 Reductio mensuræ prestationis non derogat aliis conditionibus, & qualitatibus mandato Procura appostis.

17 Exactio fructuum probanda est ab allegante.

18 Ratificatio non admittitur, nisi confitit de scientia nullitatis actus.

19 Reintegratio conceditur proponenti spoliato ex facto mandatarii excedentis fines mandati.

DECISIO V.

Personatum sub invocatione SS. Felicis, & Theresiæ in Altari Majore Ecclesiæ S. Theresiæ Civitatis Vicentis erectum suprimere, ac extinguere volens Felix Pasqual secundus à fundatione possessor, ut ejus fructus, ac redditus in causas, & opera pia collocaret juxta facultatem à lege fundationis sibi impartitam, & à Constitutionibus Synodalibus Provinciæ Tarraconensis (a) approbatam, (b) per solemne mandatum Procuratore die XXVIII. mensis Aug. MDCCXI. exaratum in Urbe, ubi tunc ipse morabatur, negotium delegavit Machario Torrente, & Franc. Sales, eisque designavit applicationem fructuum faciendam in subsidium, & utilitatem filiorum, & descendendum masculorum à Franc. Pasqual ejus fratre, qui studiis operam essent daturi, necnon foeminarum, ab eodem descendendum, nubentium in Domino, vel in sæculo, adjecta insuper expressa reservatione omnium eorundem fructuum, sua vita durante, cum clausula resolutiva, non alias, aliter, nec alio modo.

Verum quia, antequam Felix exararet mandatum prædictum, plures ipsum inter & Franciscum ejus fratrem tractatus intercesserunt, super modo quo extinctio dicti Personatus erat peragenda, & signanter super administratione reddituum per Felicem, quod viveret, reservatorum, quam ipse suscipi cupiebat à Francisco præfato, cum obligatione sibi præstandi mens-

B 2

cap. 87. à n. 1. ad §. Rot. decif. 379. Part. 5. recen. & in Tarracon. Personatus super remissoria, ac super negotio principis 28. Jan. 1704. cor. clar. me. Card. Scott.

trius duplas quatuor cum dimidia, necnon pecunias necessarias pro expeditione Bullarum, si cubi de aliquo Beneficio à S. Sede provideri contigisset, cum facultate earum consequendi repletionem ex futuris præstationibus. Hinc Felix præfatus eodem tempore, quo mandatum hujusmodi transmittit Machario Torrenti uni ex Procuratoribus, illi per epistolam datam die XXX. Aug. dicti anni MDCCXL. significavit suæ mentis, & voluntatis esse, ut Franciscus memoratam emitteret obligationem, prout latius etiam notificabat per aliam epistolam ipsi conscriptam sub data ejusdem diei, cui relative se habuit, addita expressâ conditione, quod aliter ad extinctionem Personatus procedi non posset, quam suscepta prius per Franciscum obligatione prædicta.

Etiâ Procuratores, ut supra constituti ad executionem mandati, procedere non deberent, nisi Franciscus iniret obligationem à Felice per viam conditionis regulitam, attamen seducti ab eodem Franciscò supponente, Felicem à dicta voluntate recessisse per posteriores epistolas sibi conscriptas, ad extinctionem Personatus, & applicationem ejus bonorum, ac fructuum in causam subsidiorum præfatorum deveniunt die IX. April. MDCCXLII. coram V. Cario Generali Vicenti, conferendo in Franciscum administrationem reddituum abque interpositione memoratæ obligationis: cum autem extinctionis tali modo contra mandati formam expletæ, certior factus fuerit Felix, minimè moratus est illam impugnatè coram Ordinario, sed contrariam passus fuit sententiam, à qua commissa mihi causa appellationis, subscripsi dubium: *An extinctio Personatus sustineatur, seu potius sit danda reintegratio, eo que proposito, prodit responsum negativum quoad primam partem, affirmativum quoad secundam.*

1. Rationem negativæ resolutionis quoad primam dubii partem Domini desumebant, ex quo, perpenso tenore mandati per Felicem dati ad extinguendum Personatum, & transfereendum illius redditus in causas pias ab ipso designatas, perspicue apparebat, cum noluisse procedi ad executionem ejusdem mandati, nisi eodem tempore, à quo facienda erat extinc-

tio Personatus, susceperetur à Franciscò administratio reddituum, quos sibi ille, vita durante, reservaverat, & una simul emitteretur obligatio vice illorum rependi mensuræ duplas quatuor cum dimidia, ac subministrandi summam necessariam pro expeditione Bullarum, in casum reportatæ à S. Sede provisionis alicujus Ecclesiastici Beneficii; quapropter, cum æquè constans in facto esset, mandatarius devenisse ad extinctionem Personatus, obligatione præfata per Franciscum nequaquam interposita, consequens erat, eam tanquam factam contra mandati legem ac formam, irritam ac nullam fuisse, mandatarius enim formam mandati tenetur diligenter custodire, (e) 2. & quidquid fecus agit, haberi debet pro non facto, cum deficiat consensus mandantis: (d) 3. eo magis, quia dicti Francisci obligatio præscripta fuit à Felice cum clausula *non aliâ, aliter, &c.* quæ, nisi omnia in mandato contenta adamusim adimpleantur, actum resolvit, perinde ac si gestus minimè fuisset. (e)

4. Frustraque ad evitandam nullitatem ex contempta mandati formâ promanantem, proponebatur conditionem obligationis Francisci impletam censendam esse, quoad usque per Felicem, qui actoris gerit personam, negativa non fuerit concludenter probata, & alio quidem medio quam instrumenti extinctionis Personatus, cum in actu ab illo separatè impleri potuerit, & præsumptio sit, mandatarium exquirente datam mandatarii fidem præstitisse. (f)

5. Evincebat enim negativam hujusmodi, tum depositio Macharii Torrentis mandatarii assentis, conditioni prædictæ minimè satisfactum fuisse, quia Franciscus insinuavit recepisse litteras à Felice, quibus illa remittebatur, tum, & clarius quidem, dimissio administrationis reddituum Personatus facta à Franciscò, in qua ipse declaravit expressè, eandem administrationem in instrumento extinctionis Personatus sibi fuisse commissam, protestando, nolle amplius in illa perseverare, quam sanè dimissionem, & declarationem ut explere nequiverisset, si sese obstrinxisset ad præstationem mensuræ pecuniæ juxta locum à Felice præscriptum, cum nemini licet sine alterius contra-

trahentis consensu susceptam excutere obligationem: (g) 6. ita illum facièdo, nequaquam parvulle dictæ conditioni testatus est facto, & confessione sua, quam impugnare non potest. (h)

7. Infirmum iridem reputatum fuit aliud Francisci præsidium in eo repositum, quòd, admisso etiam defectu suæ obligationis sub mensura præstatione, non ideo tamen extinctio Personatus, & erogatio ejus bonorum, & fructuum in causas pias à Felice designatas sit irritanda, quia obligatio prædicta, uti in epistolis injuncta, non autem in instrumento mandati, nec respiciens causam finalem extinctionis Personatus, quæ stetit dumtaxat in officio charitatis, & beneficentia, quod Felix exercere constituerat cum dicto Franciscò fratre, suisque filiis, & descendentibus, non in exactione fructuum reservatorum, prætermitti potuerit citra nullitatem actus extinctionis prædictæ, quem satis est celebratum fuisse, servata lege in instrumento mandati præscripta, & continere implementum causæ finalis à mandante consideratæ, quæ totam moderatur dispositionem. (i)

8. Quandoquidem, cum dictæ epistolæ, vel fuerint conscriptæ in declarationem mandati in instrumento contenti, vel novas ut adjicerent conditiones, & vincula eidem mandato, quod non tam per litteras confecti potest, (j) 9. quam etiam revocari, (k) 10. & multo magis declarari ac limitari, (l) quocumque modo intelligantur ab eodem mandato per instrumentum collato non sunt separandæ; 11. usque adeo ut conditiones ipsis adscriptæ perinde impleri debeant, ac si in dicto instrumento fuissent appositæ, cui ad modum declarationis, seu limitationis conjunguntur. (m)

Omniem in hac parte difficultatem removere

Decisiones. 13

vebat factum ipsorum Procuratorum, qui cognoscentes, quod conditiones in epistolis contentæ nequibant separari ab instrumento mandati, aliter ad extinctionem Personatus non processerunt, quam expressâ adhibita relatione, tum ad easdem epistolas, tum ad dictum instrumentum, quin amplius administrationem fructuum per Felicem reservatorum delegarunt Franciscò juxta justum, ac voluntatem à prædicto Felice sibi per litteras præfatas patefactam: si enim Procuratores agnovissent instrumentum Procure, & epistolas, tanquam in unum atque idem tendentes negotium, mutuo se jungi non posse, planum est, nullam illud inter, & istas in præsentem considerabilem diversitatem admitti debere, firmamque idcirco atque immoram existeret nullitatem extinctionis Personatus, ipsique coherentis applicationis bonorum in pias causas ob non impletas conditiones in prædictis epistolis, ut supra contentas, quæ ne latum quidem unguem poterant præteriri, 12. cum mandatum ob individuitatem consensu in parte servari, & in parte negligi lex minimè concedat. (n)

13. Ex eo vero, quod per extinctionem Personatus impleta fuerit mens, & intentio Felicis in eo, quod attinet officium charitatis & beneficentia, quam in filios & descendentes Francisci sibi ipse proposuerat, non rectè inferebatur, potuisse impune præteriri obligationem ejusdem Francisci quoad fructuum administrationem, & mensuram præstationem, aliaque in epistolis imposita onera, hæc enim omnia fuisse requisita à Felice per viam conditionis, & formæ apertissime manifestabat clausula, *non aliâ, aliter*, in illis adjecta, quæ formam inducit, & conditionem; (o) 14. formæ autem, & conditionis omisio, etiam in parte, vitiat actum in toto, cum ab eo consentum, mandatoris removeat. (p)

Nul-

(c) Leg. Diligenter, ff. Mandat.

(d) Leg. Si procurator, Cod. de Procurat. Donell. Comment. jur. civil. lib. 18. cap. 18. in princ. Bald. conf. 402. n. 3. lib. 1. Menoch. conf. 296. num. 2. Bim. conf. 115. n. 7. Camerat. resp. 47. num. 21. lib. 1. Cyriac. controv. 278. n. 3. 6. & leg. Cyprii Galeor. controv. 29. n. 66. lib. 20. Golin. de Procurat. Part. 3. cap. 5. n. 82. & leg. Surd. decif. 109. n. 8. Rot. cor. Coccim. decif. 1849. n. 3. & leg. in recen. decif. 135. n. 15. & in Pamplonen. Be-

neficii de Trun. 23. Jan. 1719. §. Ponderabant, & leg. cor. bon. mem. Lancett.

(e) Jaf. in leg. fin. n. 142. Cod. de Jur. empir. Paris. confil. 19. n. 16. & leg. lib. 2. Olaf. decif. 166. lib. n. 13. Rot. cor. Verall. decif. 82. n. 4. Part. 3. cor. Seraph. decif. 410. n. 6. & cor. Peuting. decif. 29. n. 4. & 5.

(f) Abb. in cap. Cum tempore, num. 4. de Arbitr. Spad. conf. 106. num. 2. lib. 3. Rot. cor. Emer. Jun. decif. 134. num. 8. & in Pamplonen. Be-

(g) Leg. Sicut ab initio, ff. de Affion. & obligat. leg. Procurator, ff. de Procurat.

(h) Cap. Per tuas, de Probat. Rot. cor. Emer. Jun. decif. 3. n. 3. & in Majorie. Juris amovendi Nisticos 14. Jan. prox. præteriti, §. fin. cor. Me.

(i) Ex notatis per Burfatt. conf. 109. n. 3. Spad. conf. 220. n. 5. lib. 2. Golin. de Procurat. Part. 5. cap. 3. n. 12. Rot. cor. Duno. Jun. decif. 792. n. 20. & in rec. decif. 16. n. 19. part. 17.

(j) Leg. 1. ff. Mandat. leg. Si procuratorem, ff. de Procurat. cap. Significavit, de Appellat. Spad. conf. 62. n. 5. lib. 2. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 47. n. 36. Paris. de Resign. lib. 8. quæst. 6. n. 6. & leg. Lotter. de Re benef. lib. 3. quæst. 16. sub n. 31. Rot. cor. Seraphim. decif. 1163. n. 6. & 7. cor. Bich. decif. 147. n. 22. & in recen. decif. 197. n. 8. Part. 4. tom. 2.

(k) Leg. Si vero, §. pen. leg. Si quid, §. 1. ff. Mandat. Golin. de Procurat. Part. 2. cap. 3. n. 3.

(l) Per text. in leg. fin. Cod. Famil. testif. Rot. cor. Caprar. decif. 18. n. 8. & in recen. decif. 110. n. 11. part. 19.

(m) Ad text. in leg. Heredes palam, §. Si quid, ff. de Testam. leg. Adeo, §. Videtur, ff. de Acquir. ver. dom. Mandell. Alb. conf. 249. n. 10. Ruin. conf. 225. n. 6. lib. 1. Rot. cor. Anald. decif. 30. n. 38.

(n) Felin. in cap. Cum dilectis sub n. 6. ampliat. 1. de Rescript. Laderch. conf. 62. n. 10. Cyriac. controv. 268. n. 8. Rot. Disput. Jur. cap. 152. num. 3. & 4. Rot. decif. 145. n. 16. & 17. part. 19. recen.

(o) Bart. in leg. De bis, ff. de Transact. Surd. conf. 246. n. 20. Gratian. discept. 208. n. 22. Lotter. de Re benef. lib. 1. quæst. 41. n. 35. Adden. ad Burfatt. decif. 374. sub n. 17. Rot. cor. Cell. decif. 100. n. 4.

(p) Gloss. in leg. Siquidem, Cod. de Except. Grat. conf. 128. n. 13. Spad. conf. 64. n. 3. lib. 3. Nevilan. conf. 85. n. 13. Gratian. discept. 748. n. 12. & 13. Rot. cor. Cerr. decif. 208. n. 7. & cor. Anald. decif. 50. n. 5.

15. Nullam quoque inesse DD. putarunt firmitatem in revocatione conditionum dd. epistolis die XXX. Augusti. MDCCXI. adjectarum, quam Franciscus deducere nitebatur ex posterioribus litteris sub datum diei XIII. Februarii. MDCCXII. ab eodem Felice misis ad Macharium alterum ex mandatariis, & ad Franciscum prædictum: nam tantum aberat ex hisce epistolis conjici posse, Felici animum fuisse recedendi à conditionibus præfatis, ut manifesta ejus in illis perseverantia deprehenderetur, cum expressè ibi iterum injungeret obligationem menstruæ præstationis duplarum quatuor cum dimidia, & ad præfatas litteras diei XXX. Augusti. haberet relationem, cujus est virtus repetere omnes earum qualitates, & conditiones, ac si specialiter in referente essent enuntiata. (g)

16. Longè minus subsistere videbatur ratificatio extinctionis Personatus deprompta, vel ex altera epistola per Felicem scripta Franciscus die Maii MDCCXII. vel ab exactione fructuum Personatus facta per eundem Felicem, vel demum ex recepta per ipsum administratione fructuum post ejus renunciationem emissam à Francisco: epistola enim, ultra quod supponit extinctionem de futuro faciendam, ideoque trahi non potest ad inducendam rationem extinctionis jam factæ die IX. præcedentis mensis April. nihil aliud præterea continet, quam simplicem reductionem menstruæ præstationis de duplis quatuor cum dimidia ad quatuor tantum: hæc autem reductio minime derogat aliis conditionibus, & qualitatibus appolitis in litteris diei XXX. Augusti. MDCCXI. (h)

17. Exactio fructuum carebat legitime probationis præsidio, quam Franciscus implere tenebatur, qui illa excipiendo proponebat: (f) quod vero Felix consenserit dimissioni administrationis per Franciscum facta, recognitum fuit non subsistere, cum eadem dimissio fuerit expleta in Civitate Barchinonæ, Felice ignorante, & posteaquam is nullitatem extinctionis Personatus in Civitate Vicenti ceperat promovere, capropter detorquenda non est in

ratificationem extinctionis Personatus, 18. quæ aliunde erui non possit, quam ex verbis expressis, vel ex facto Felicis, cum plena in conscientia nullitatis ob non servatam mandati legem commissa. (i)

19. Constatibilis per hæc nullitate extinctionis Personatus, nulla fuit dubitatio, quin Felici concedenda esset reintegratio ad illius possessionem in secunda dubii parte petita, quam denegari non potest mandanti nulliter, & indebite expoliato ex facto mandatarii excedentis fines mandati. (u)

Et ita utraque, &c.

R. P. D. MILLINO

VICEN. PERSONATUS.

Luna 11. Maii 1733.

ARGUMENTUM.

Habetur in præcedenti decisione quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1. Actus à Procuratore expletus contra formam mandati est nullus.
2. Fortius si in mandato apposita fuit clausula nec alius, aliter.
3. Eo tunc præponens non tenetur servare factam Procuratoris.
4. Et reintegrandum est ad jura à Procuratore nulliter extincta.
5. Epistola scripte ad declarationem mandati procurare ab illo separari non debent.
6. Clausula nec alius, aliter inducit formam, & conditionem omnino servandam.
7. Conditiones circa solam fructuum perceptionem simoniam non inducunt.
8. Procurator suo arbitrio non potest omittere conditiones in mandato præscriptas, licet simoniacas, sed vitium simonia debet, præponenti patefacere.
9. Correctio mandati in parte non arguit illius permutationem in totum.
10. Sed potius arguit aliarum conditionum

con-

(g) Leg. Affe 10to, ff. de Hered. instit. leg. Si ita scripsero, ff. de Condit. & demonstrat. Alciat. conf. 199. n. 5. lib. 9. Anald. conf. 16. n. 121. Fontanell. decif. 172. n. 3. Rot. cor. Buratt. decif. 61. n. 6. cor. Card. Caprar. decif. 18. n. 7. & in recent. decif. 81. n. 5. part. 15.

(h) Ad regulam text. in leg. In agris, ff. de Acquir. rer. dom. in leg. Cancellaverat, ff. de His, que in testam. debent. Crot. in leg. Omnes populi, col. 39. vers. Pro complemento, ff. de Just. & jur. Gonzal. ad leg. 8. Cancell. §. 5. Proceomial. in 6. Rot. cor. Caslad. decif. 36. n. 5. de Receptis.

(i) Ad text. in leg. 1. ff. de Except. leg. In exceptionibus,

ff. de Probat. Rot. decif. 260. n. 8. part. 11. recent.

(i) Leg. Ignorantis 49. ff. de Procurat. Donell. Comment. Jur. Civil. lib. 18. cap. 18. in princ. Menoch. coul. 2. n. 295. Rot. cor. Merlin. dec. 384. n. 1.

(u) Ut per text. in leg. Diligentis, Sitem si mandavero, & §. Secus quoque, ff. Mandat. communiter tradunt Abb. in cap. Ad sedem, n. 28. de Restit. spoliat. Butr. in cap. Sape, n. 12. eod. tit. Honded. conf. 28. n. 53. n. 40. & 52. lib. 2. Surd. conf. 23. Gail. Pract. Observat. 75. num. 19. lib. 2. Rot. cor. Seraph. decif. 147. n. 3. & in recent. decif. 94. n. 3. & seqq. Part. 7.

confirmationem.

11. Ratificatio non admittitur, nisi confitio de scientia nullitatis actus.

12. Ad quem effectum scientia debet esse certa & vera, nec sufficit presumpta.

13. Nec inducitur ex actu expleto sub protectione præservativa jurium.

DECISIO VI.

Prorogata semel, iterum, ac tertium propter diversitatem sententiarum resolutionem hujus causæ, hodie major pars omnium suffragiorum, ad quæ fuerat rejecta, ad exitum perduxit, approbando decisionem die XXVIII. Martii, anni MDCCXXXIX. coram me editam.

Integris namque viribus stare visum fuit fundamentum ejusdem Decisionis in eo positum, quod extinctio Personatus, & applicatio fructuum favore Francisci Patqual, ejusque filiorum, & descendendum per Felicem ejus fratrem, illiusque possessorem certis Procuratoribus mandata sub expressa lege, quod Franciscus, præfatus, susceperat administratione omnium reddituum ejusdem Personatus, obligationem emittere præstandi ipsi Felici menstruas duplas quatuor cum dimidia, necnon pecunias necessarias pro expeditione Bullarum, quam fieri contingeret occasione alicujus Beneficii à S. Sede forsan impetrandi, ob non servatam hujusmodi legem fuerit nulla, atque irrita; tum spectata ipsius mandati natura, (a) 2. tum atenta virtute clausulæ resolutivæ, non alias, aliter, &c. quæ removet consensum ab actu, efficitur haberi pro non facto: (b) 3. eaque propterea non modo Felix præfatus minime teneatur observare instrumentum ejusdem extinctionis, tanquam citra suum consensum à Procuratoribus celebratum, (c) 4. verum etiam liberum habere debeat regressum ad possessionem dicti Personatus, perinde ac si extinctio prædicta minime intercessisset. (d)

5. Nec pro evitanda hujusmodi nullitate

valuit repetere, quod, cum Procuratores prædicti servaverint legem præscriptam in instrumento mandati, dicantur suscepto muneri satisfecisse, quamvis non curaverint in extinctione Personatus apponi conditiones, de quibus supra in quibusdam epistolis à Felice scriptis contentas, non autem in dicto instrumento, à quo eorum facultates sunt desumendæ; nam mandati forma fuit constituta, non tam per instrumentum, quam per epistolas prædictas, quæ in illius declarationem conscriptæ, ab illo separari non poterant, (e) quod optime notum atque perspectum habentes dd. Procuratores, non aliter ad extinctionem devenerunt, quam habita relatione ad mandatum & epistolas, quarum proinde conditio citra corruptionem actus certo certius omittere non valuerunt. (f)

6. Levioris fuit momenti, quod per extinctionem Personatus, & applicationem fructuum favore descendendum Francisci, impleta causâ finali, qua Felix motus fuit ad eandem extinctionem peragendam, hæc firma atque immota debeat reputari, nulla habita ratione dd. conditionum, quæ, tanquam ad eandem causam finalem non pertinentes, nihil de illius validitate detrudere possunt; enim vero mens quidem fuit Felici prospicere descendentes Francisci, non alio tamen modo, quam adjectis sæpe memoratis conditionibus, ut dilucide demonstrat clausula resolutiva, non alias, aliter, &c. in epistolis contenta, quamobrem extinctio Personatus nullo modo salva, atque incolumis esse potest, quando, Beneficio applicationis illius in descendentes Francisci collato, deest reservatio à Felice cum clausula irritante præscripta, quæ formam inducit præ cæteris observandam. (g)

7. Excusatio autem illa, quod conditiones præfate impune poterint à Procuratoribus prætermitti propter labem simonia, quæ erant infectæ, fuit per Dominos parvipensâ, quia congrue respondebatur, illas, vel uti respicientes solam fructuum perceptionem à Felice lic-

ci-

(a) De qua in leg. Diligentis, ff. Mand. leg. Si procurator, ff. de Procurat. Rocc. Disput. Jur. cap. 152. n. 3. Rot. decif. 145. part. 9. recent. cum aliis in decisione, quæ revidetur, §. Rationem.

(b) Tondut. de Pension. cap. 60. n. 9. & 10. Ros. de Exequit. Litter. Apost. Part. 1. cap. 15. n. 18. Rot. coram Carrill. decif. 19. n. 2. in Compottell. Parochialis de Caldelas 1. April. 1726. §. Idque, cor. bon. mem. Cornelio.

(c) Ad tradita per Gratian. discept. 648. n. 10. & 12. Paris. de Regim. lib. 9. quæst. 16. num. 3. & seqq. Piton. Discept. Ecclef. 48. per tot. Rot. cor. Orthobon. decif. 11. n. 2. & cor. Anald. decif. 50. n. 5.

(d) Ad text. in leg. 2. & seqq. ff. de Leg. commissar. Zaba-

rell. in cap. Statimus, num. 6. de Regular. Covar. Variar. lib. 3. cap. 8. n. 1. vers. 2. Gom. Variar. Part. 2. cap. 2. sub n. 3. vers. Item adde, Mant. de Tacitis, lib. 4. tit. 29. n. 25. Larr. Decif. Granatenf. 40. n. 21. Rot. cor. Bich. decif. 52. n. 22. & seqq.

(e) Per text. in leg. Heredes palam, §. Si quid, ff. de Testam. cum aliis in decisione, quæ revidetur, §. Quandoquidem.

(f) Ut prosequitur eadem decisio, §. Omnemque.

(g) Ad tradita per Honded. conf. 29. n. 73. lib. 1. Piton. Discept. Ecclef. 147. n. 31. & 32. Rot. decif. 323. n. 5. part. 12. recent. & alios in decisione, quæ revidetur, §. Ex eo vero.